

**R. P. Ivlii Fatii S. J. Liber De Mortificatione Nostrarvm  
Passionvm, Prauorumque affectuum**

**Fazio, Giulio**

**Köln, 1604**

Considerationes quædam magis particulares circa potentiarum animæ  
nostræ, paßionis amoris propri, & sensuum corporis Mortificationem. VI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60991](#)

46 DE MORTIFICAT.

det, huic secundum gratiam diuinam  
ritò adscribitur, cùm quis spiritualis  
sit, & rationalis. Ut igitur inter  
stiores titulos, qui homini in hac  
ta tribui possunt, non minimus est,  
liquem esse virtutē præditum, spiritu  
alem, rationalem, &c. Ita Mortificationa  
vñs & exercitatio tanquam singulare in  
strumentum tanti boni, maximi sancti  
debet.

CAPUT VI.

Considerationes quædem magis particulari  
circa potentiarum animæ nostræ, posse  
nus amoris proprij, & sensuum  
corporis mortifica  
tionem.

Consideratio prima, circa mortificationem in  
intellectum.

Considera tria potissimum vitia intelle  
ctus mortificanda & emendanda, scilicet  
nisi in mille errores precipitari vel  
Primum vitium est curiositatis, quando  
nimurum intellectus tuus indagat, que  
vel ipsius captum excedunt, vel quan  
tores, aut proximos tuos concernunt,  
vel certè, quæ scire tua nihil intere  
quæ sine perturbationis & erroris per  
cepto nunquam inuestigaris. Secun  
do

AT.  
inam m-  
spirituella  
inter n-  
in hac v-  
us est,  
, spiritu-  
ficationis  
ngulare in-  
il sanc-  
particulat-  
, p-  
um  
ationem  
ia intelle-  
danda cili-  
itari velut  
, quando  
at da, que  
I que m-  
ncernat,  
l interce-  
oris per-  
Secutu  
197

DE MORTIFICAT. 47

pro consilium Salomonis dicentis: *Al-* Eccles. 3.  
*ne ne quiesceris. Et paulo post: In super-*  
*uni rebus, noli scrutari multipliciter: sancte*  
*mortificationis freno, intellectum tuum*  
*coerebis, cum se occasio obtulerit, ne in*  
*bunc tam perniciosum curiositatis excess-*  
*um prorumpat.*

Alterum vitium est temeritatis, quando scilicet ex coniecturis aut dubijs incensu*re indicij, formas tibi iudicium de vita aut moribus alterius hominis,* si que ita, repugnante charitate, non solum iudicas, sed condemnas etiam, corabili animæ tuæ damno, illud, quod potius deberes approbare, aut minimum excusare; quo facto inexcusabilem te krum facis in conspectu Dei. In te enim expetunt illæ minæ Apostoli: *In-*  
*excusabilis es, ô homo, omnis, qui iudi-*  
*catur, in quo enim alterum iudicas, te ipsum con-*  
*demnas.*

Terium vitium est pertinaciae, quando tuæ opinioni ita mordicus inhærescis, ut nullius consilium aut persuasio nem in deliberando admittas: Quo modo reddis te indocilem, ac planè incapacem directionis maiorum tuorum, quæ multas ob causas tibi est necessaria, & quod hinc sequitur, ijs te periculis impingendi & corrueendi exponis,  
quæ

48 DE MORTIFICAT.

quaꝝ cœco, per incertam & difficultem vi-  
gradienti, meritò timeri possunt Sequi  
ergo consilium sapientis hunc in modu-  
lo exhortantis: *Ne innitaris prudentie ne-*  
*neſis sapiens apud temetipſum; omniaque*  
*tua iudicia de rebus tuis, tibi ſint ſuspeſci*  
*conaberis quoque præbere te non modo*  
*facilem, ſed & cupidum, ut dirigaris, con-*  
*ſiliumque à ſuperioribus tuis in omnibus*  
*tuis actionibus accipias.*

Considera necessitatem hanc mortifi-  
candi intellectum tuum circa praedita-  
tia eſſe maximam; utilitatem vero, quæ in  
de redundant, non ſolum ad intellectū, ſed  
ad ipsum quoque hominem internū &  
externū manare. Quemadmodum enim  
fractā, vel loco motā præcipuā horologio  
rotā, mox etiam turbantur inferiores ro-  
tae, nec earum motus amplius ordine &  
bita mensura cietur, nec horæ ſignum in  
pore ſtato auditur: ita quoque perturbata  
hominis intellectu, qui eſt ſuprema eius  
potentia; mox omnes aliae inferiores po-  
tentiae perturbantur. Ex intellectu enim ex-  
cessu in intelligendo; ſequitur excessus vo-  
luntatis in volendo. Excessus item poten-  
tiarum executuarum in operando; & in  
paucis absoluam, tota hominis harmonia  
& concentus ille operationum tam inter-  
marum, quam externalium confunditur &

Prov. 3.

AT.  
ficilem v  
nt Sequan  
in modu  
denie u  
omniage  
it suspecto  
non modo  
garis, co  
- omnibus  
ie mortifi  
adistavi  
rò, quia  
llectu, sc  
ternum &  
dum eam  
horolog  
riores ro  
dine & do  
gnum cō  
perturbato  
remā em  
ores poti  
enim ex  
cessus vo  
m poter  
do; & n  
armonia  
am inter  
ndit &  
iace  

**DE MORTIFICAT.**

49

ocidit. Quocirca ob hæc, & alias multas  
causas, eo conatu mortificando intelle-  
ciu infistere debes, quo invictus quispiam  
ali Dux expugnando alicui munitissi-  
mo propugnaculo insistit, à quo ciuitatis  
opus, aut totius regni expugnatio pendet.  
*Consideratio secunda, circa mortificationem  
voluntatis.*

Considera primò voluntatem tuam,  
potentiam esse natura sua cæcam, atq;  
idcirco illi, ne erret, maximè opus esse  
dilectore. Quia verò experientia ipsa, &  
præmissimo tuo cù danno edoctus es, te  
plum nequaquam bonum eius ducem es-  
te, necesse est, ut eam directioni voluntatis  
vobis, & eorum, qui te loco Dei guber-  
nant mortificationis vsu, subijcias, si non  
velis incurrere in ea pericula, que Do-  
minus ipse tibi prædictis cùm ait: *Si cæco cæ-*

*Matt. 15.*

*cus ducatum præstet, ambo in foueam cadunt.*

Considera secundò, voluntatē tuam es-  
se natura sua liberam, atq; idcirco fræno  
opus habere, ne rationis limites suis in-  
tempestiuis affectibus transgrediantur. Pre-  
caberis ergo Deū cum Psalmista assidue:  
*Iachamo & fræno maxillas eorum constringe. Psal. 3t.*

Considera terciò, voluntatē tuam naturā  
sua esse appetituum, & ideo instar illius  
infamis fœminæ, de qua Deus per Hiere-  
miam;

C

50 DE MORTIFICAT.

**N**iere. 2. miām: Sub omni ligno frondoso prosternebarū  
meretrix: sā pe factā est præda suorum ap-  
petituum, illecta nescio qua vmbra & he-  
cie boni alienius, quæ in ipsis apparebat;  
atq; ita partim habitu prauo, partim na-  
tali etiam affectu, minima oblata occasio-  
ne, rāto in obiecta sua fertur impeiu, vnde  
mortificationis frāno retineatur, expo-  
tura sese procul dubio sit illis incōmoda  
à quibus sapiens nos absterrēt cūn-

**P**arle. 18. Post cōcupiscentias tuas non eas, & à volun-  
tua auertere; si p̄f̄es anima tua concupi-  
tias eius, facie te in gaudium inimicis tuis.

Cōsidera quartō attēnē, quanta nec-  
sitate compellam⁹ mortificemus ha-  
nostrā voluntate at testē S. Bonavent.

**S. Bonavent.** in volun-  
tute; Tota religiō proprie abdicatione cōsistat, cumq; audi-  
tura; S. Augustino, vnicuique propria voluntate  
causa damnationis vel saluationis; Seneca

4. Philosophus gētilis ad quendam ar-  
**S. August.** cūn scribens, affirmare audet, ad. o ne  
in manus satiam esse mortificationem propri-  
ali. c. 25. hantatis virtutibus comparādis, vt tan-  
& non plus virtutum adepturus sis, quan-  
tibi de tua propria voluntate detinere.  
Hoc solum virtuti adiicies, inquit, quod pri  
e voluntati subtraheris.

Consideratio tertia, circa Memorie & Im-  
matione Mortificationem.

AT.  
osternebari  
suorum ap-  
ibra & spe-  
apparatus  
artim na-  
ata occa-  
opei, vni-  
tut, expel-  
incōmodi-  
ret cūm an-  
& à volitā  
e concepsio-  
mīcīs rati-  
uanta nec  
fīcemūshā  
S. Bonac-  
in volantia  
amōs auchē  
ia volantia  
is, Seneca  
uendam an-  
, ad o nō  
propriz  
is, vt tan-  
us sis, quā-  
e detrac-  
uit, quāq  
rie & imp-  
m.  
Co

DE MORTIFICAT.

Onsidera primō, quomodo propheta  
Ezechiel spiritu in templum Hierosolymitanum introductus, p̄xter alia cap. 8.

multa, duo præcipue ibi summa obserua-  
tione digna viderit: primō quidem, omnem  
similitudinem reptilium & animalium abomi-  
tionem & vniuersa idola domus Israel de-  
p̄ta in pariete, in circuitu per totum. Deinde,  
quod nō minus erat admiratione dignum,  
lviaginta viros de senioribus Israēl, prædi-  
cū imaginibus thura adolescentes: Ita & tu,  
scogitatione templū anima tuae intraue-  
is, videbis in primis ingentem multitu-  
dem abominabilium similitudinum  
bestiarum & idolorum, quae in memoria  
& imaginatione tua perpetuō visuntur.  
Deinde, quod peius est, cum eiusmodi ima-  
gines & species amaris lachrymarum im-  
bris eluendæ, & ferro seueræ cuiusdam  
mortificationis ex animo recidendæ es-  
sent, ut potius eas foues, posito que incenso  
veneris, nō sine intima quadam sensuum  
oblatione & iucunditate. Dolabis igitur  
detato errore, si miterq; statues, te huius-  
modi cogitationum simulacris cuerten-  
dis, & perpetua obliuione sepeliendis dili-  
gentem operam nauaturum.

Considera secundō. Deum nostrum me-  
moriae & imaginationi tuae magis inhac-  
tate, quām tu ipse tibi, diuinique sui intui-

52 DE MORTIFICAT.

tus perspicacia, multò clarius videt & penetrare ea, quæ ibi adumbrantur & effigiuntur, quam tu imaginatione tua allequa possis. Hinc sumes materiam erubescere, ob confusionem turpitudinemque huius spectaculi, quod oculis diuinæ maieatur in mente tua assidue exhibetur, colligete ipsum, & tandem hujusmodi phantasmata ac vanitatibus finē impones; apposita postis sensum tuorum vigilanti custodia.

Considera tertio damnum inestimabile, quod ex libertate, leuitate & immoracione huius tuæ imaginationis & memoriae ad animum tuum miseratione magnum redundat. Cum enim intellectus tuus similis sit molæ, quæ, quidquid aliquid funditur, commolit & conterit, tu vero nihil aliud intellectui tuo suggeras, quam abominationes & chimeras, quid mirum si omnes deinde cogitationes eiusdem fastidij, cumque contemplatione rerū celestialium suspensus esse deberes, tunc subito abriperis, & inuolueris immundis vanitatibus atque stultitijs huius terræ.

Consideratio quarta, circa Mortificationem patitis concupisibilis & irascibilis.

Considera primò, hominem, secundum inferiorem sensum suorum partem brutis esse similem; habet enim iohannes

aut

CAT. DE MORTIFICAT. 53

videtur & per-  
tur & effigie-  
tua alegria  
erubescat,  
inque horum  
et maiestatis  
colliguntur  
phantasias  
opposita pot-  
est custodia,  
in aestimatio-  
& immunitatis  
onis & me-  
teratione de-  
intellectus  
quidquid al-  
rit, tu vero  
geras, quan-  
uid mirum  
s eiusdem fa-  
one rerum co-  
tunc sub-  
mundum  
as terrae,  
ationem pa-  
bilis.  
secundum  
m partem  
aim in hac  
autem

me duas potentias sensitivas, brutorum in-  
heit. Prima concupiscibilis, quae appetit &  
souerat necessaria & conuenientia ad  
soueruationem sui esse sensitui. Altera  
impensibilis, qua fugit, quantum potest, &  
defendit se a contrarijs. Different tamen  
duae potentiae in homine ab illis, quae  
sunt in brutis, quoad hoc, quod cum in  
brutis non sit alia potentia superior, se-  
quentur bruta has, & operantur consentia-  
nenti instinctui utriusque potentiae, & recte  
quidem ita enim eorum fert natura; At in  
homine, in quo etiam pars superior, ratio  
videlicet, reperitur, haec duae potentiae sen-  
titivae, regi ducique possunt & debent a ratione,  
ita ut eatenus possit homo dici vi-  
vere viam hominis, eatenus plus aut mi-  
nus appetitio partis concupiscibilis & ira-  
scibilis dirigatur secundum legem & nor-  
mantionis.

Colidera secundò, quemadmodum ca-  
melus, ut fertur, aquam pedibus turbat,  
naturali quadam instinctu, ne scilicet in-  
clusus claritate, corporis sui deformitatena-  
videatur, talique aspectu absteritus, abhor-  
teat postea ab hoc naturae subsidio: ita sa-  
pissime soler capitalis noster hostis pedi-  
bus indomitorum appetituum, qui in con-  
cupiscibili & irascibili gravitantur, turbare  
lantatem luminis nostri intellectus, ne in-

¶4 DE MORTIFICAT.

ipso & per ipsum deformitates & miseriae  
nostras videamus, deueniamusque ad  
contemptum & horrorem nostri ipsorum,  
qui solet esse quasi basis & verum fude-  
mentum aedificij nostri spiritualis.

Considera tertio, Passiones huius pat-  
tis inferioris sensus nostri, nisi diligenter  
reprimantur, quasi condensari, hincque  
caligine diem & cæli conspectum nos  
eripere, instar vaporum, qui ex terra ex-  
uantur in altum, ita ut paulatim homo  
declabatur, vt nihil aliud vel videat vel go-  
stet amplius, quam res terrenas & sensua-  
les. Hinc non secus ac immunda anima-  
tia, rostro in terram dimisso, nil nisi tem-  
nas voluptates sectamur gruendo pa-  
timore, ne vel in minimo impeditur  
minuat libertas illa, quam infelix la-  
negotiatione pretermisimus & imaginan-

Consideratio quinta, circa mortificationem  
Amoris proprij.

Considera primò, cum Amor sit  
naturalis passio animi nostri, non est  
tutâ suâ malus, sed dicitur malus  
bonus, cū eq. male aut bene vtimur. Dic-  
tur etiam proprius aut communis, quia  
do finis eius proprius est aut communis.  
Quamdiu enim homo hoc suo amore  
ipsum amat, & alia propter Deum, no-

CAT.  
s & misericordia  
amisque ad  
ostri ipsorum  
rum funda-  
gialis.  
s huius per-  
si diligenter  
ari, si quoque  
etum nobis  
ex terra eis  
in hominibus  
ideat vel ga-  
s & sensu  
da anima  
il nisi tem-  
niendo po-  
cordauerit  
infelici la-  
naginatu-  
ificationem  
amor sit  
, non est  
r malus  
timut. Di-  
unis, quia  
communi-  
o amore lo-  
deum, ne-  
perci

DE MORTIFICAT.

est dici amor malus, sed bonus, quan-  
quidem finē bonum præstitū habet,  
que proprius appellandus est, sed com-  
muni, & idem cum amore Dei, quan-  
quidem & se & alia amat eodem fine,  
eo ea Deus amat & conseruat. Si verò se-  
mū statuat finem sui amoris, usumque  
aerum rerum, tunc sine dubio hic amor  
non solum proprius, sed & peruersus erit:  
proprius; quia in propriam personam de-  
line peruersus; quia, quantum est in se, per-  
uenit ordinem, quem Deus secundum di-  
uisam suam prouidentiam homini, cetero  
que creaturis præscripsit, ut nimis ad  
semones contendant, & in se desinant, tā-  
quam in verum & ultimum finem.

Considera secundò; Si ea est condi-  
tio boni, vt sese diffundat & propaget;  
non potest non magnum esse malum A-  
mor proprius; quippe qui efficiat, vt ho-  
mo illud, quod in alijs cernit, bonum, ad  
se totum pertrahat; nec de suo vel mini-  
mum quid cum alijs communicet. Quod  
statuto maius aliquod malum est, quanto  
maiori priuat bono, erit certè Amor pro-  
prius malum maximum . priuat enim  
hominem bono, quo maius in hac vi-  
ta habere nequit, hoc est, Amore Dei.  
Vnde euidenter constat, quod si totum ho-  
minis bonum est amare Deum, vt vult S. Augu-

56 DE MORTIFICAT.

3 Aug. in Stinus, totum hominis malum sit amare se  
Manual. ipsum.

cap. 26. Considera tertio; Quemadmodum fer-  
rum nulla re magis atteritur & destruit,  
quam rubigine, quam producit ex fuso  
& fouet: Sic quoque nihil est, quod nimia  
debilitas, energetq; in via spiritu-  
li, ac rubigo proprij amoris, quam ipse ei-  
se producit, & in se fouet ac nutrit. Sicut  
autem ferrum ignis ardore & istibus ma-  
leorum, excusla rubigine, renouatur res  
& perpolitur; ita conuenit, ut igne seruo-  
ris orationis, mortificationisque istib[us]  
affiduis pessimam amoris proprij rubi-  
ginem excutias, teque sic renoues; idque ce-  
cilius, quod maiora in dilatione instant po-  
ticula; accrescunt enim difficultates, &  
nuit illa alacritas statim resistendi, qua  
adhoc requiritur.

Considera quartò; Sicut ex effectu  
cognoscuntur causæ, ita ex nimia sollici-  
tate, quā plerumq; habes de tua existi-  
tione, tuis cōmodis, & te ipso, ex nimio  
iam dolore ob aduersa, quæ tibi solent re-  
cidere; facillimè colligere poteris, amor  
hunc, qui in te regnat, esse amorem tu-  
us: Et quia æquali gradu cum amore,  
quo vnaquæque res amat, procedit eti-  
a existimatio, quam de eadem re concepi-  
mus: hinc si te ipsum plus amaueris, quam  
omnes

mones alias res, te ipsum quoque aestima-  
tione tui ipsius omnibus alijs rebus prætu-  
lli, factusque es idolum tui ipsius, quan-  
toquidem, ut affirmat D. Augustinus, *Id  
hominem colitur, quod præ cæteris diligitur.*

*Consideratio sexta, circa Mortificationem  
quinque sensuum exteriorum.*

Considera primò, quām parum ab in-  
fancia tua sensus tuos custodieris, &  
quā magna libertatē ex hac tā diutu-  
tua negligētia & sotordia acquisierint,  
quam insolentes euaserint. Hinc enim a-  
nimā tua, ut ciuitas portis destituta, manet  
exposita omnibus inimicorum insidijs &  
vultibus. Similis item facta est vasi, quod  
operculo caret, & quemuis liquorem siue  
bonum, siue malum recipit, atque idcirco,  
secundum legem antiquam, immundum  
& prophanum est. Quamobrem cūm te  
tones cordis puritatem, quietem consciē-  
tiae gustumque rerum diuinarum inde a-  
missile aduertas, deslebis amarissimè hanc  
defolationem & ruinam animæ tuæ cum  
Propheta Hieremja, dicesque: *Desixæ sunt  
in terra porta eius, perdidit & contriuit ve Thren. 2.*  
Item cum Davide. *Factus sum tan-  
quam vas perdiuum.*

Considera secundò; filios Israël ut fla-

C 5 gel.

§8. DE MORTIFICAT.

gellum Angeli primogenita Aegyptiorum occidentis, euitarent; et diu suarū postes Agni paschalī sanguine linisse; pā modo nos, ut effugiamus mortem peccati (quod omniū maximum flagelli genus est, quo anima nostra puniri potest) vngere oportet portas sensuū nostrorum sanguine veri Agni Christi Iesu, perpetuō ob oculos habendo sanctissimam eius mortem & passionem, & procurando in nobis sensum alicuius effectus sanguinis pro nobis effusī, ministerio perfectæ mortificationis nostrorum sensuū ac re ipsa experiendo id quod Apostolus Paulus in se ex-

Cor. 4. pertus est, cū dixit: Semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes.

Considera tertio, quemadmodum in formatione circuli, si centrum non sit firmum & stabile, circumferentia nunquam fiet uniformis & æqualis; ita quoque si cōtuum (tanquam centrum omnium actionū, quæ à potentiis tuis tam internis, qui externis formantur) non fuerit solidum & fixum in Deo, nunquam fieri poterit, ut actiones sensuum tuorum exteriorum debita mensura, proportionē & decetia perficiantur; De corde enim exortū cogitationes male, ait Salvator, homicidia, adulteria, &c. Propones igitur sumiter hanc ob causam stabilire cōtuum

Matt. 15.

AT.  
Deo ut quemadmodum centrum præ-  
edit circuferentiam, ita ratiō præcedat  
et regat sensum tuorum functiones.

DE MORTIFICAT. 59

Hic hoc ipsum est fortassis, quod signi-  
ficiat voluit Salomon cum dixit: palpebrae  
ne precedunt gressus tuos.

Consideratio septima, circa Mortificationem  
oculorum.

Considera, quod per hanc portam vi-  
sus peccatum intrauerit in mun-  
dum. Nam ex incauto aspectu pomi  
veniti, inuasit Euam desiderium gustan-  
di. Videlicet mulier, quod bonum esset lignum ad Genes. 3.  
re secundum, & pulchrum oculis, & iulit.  
Nec aliunde, quam per hanc ipsam por-  
tam, irepsit adulterium in animam exi-  
mij illius Regis Dauidis. Tu ergo cum  
non sis innocentior Eva, dum esset in sta-  
tu innocentiae, nec sanctior Dauide de-  
quo Dominus; Inueni hominem secundum  
cor meum; horum duorum exemplo, illius  
scilicet negligentie custodia, huius vero  
nimia curiositate videndi, factus cautor,  
custodes & defendes hanc portam oculo-  
rum tuorum ab utroque excessu, vi scueri  
& continuare mortificationis.

Considera secundò: Quemadmodum  
pleraque ciuitates munitae, cingi solent

C 6 dupli-

60 DE MORTIFICAT.

duplici muro, ut superato ab hostibus altero muro, se possint adhuc altero defendere: Ita necesse est, ut si forte tua incutia primus murus exteriorum oculorum anima curiositate videndi expugnatus sit, altero muro oculis interioris, imaginatio scilicet, & intellectus, ita resistas, ut neque nunc, neque postea ullum amplius, obiectum illicitum, ne momento quidem temporis, in mente tua pedem figas; ne forsitan tandem magno tuo damno cogaris lamentari cum Hieremia: *Anatempsale & murus pariter dissipatus est.*

Considera tertio; quibusdam aibus, ut accipitti, operiri oculos, ut hoc modo facilius cicurentur & tractabiliores siant, pari ratione, si velis in oratione familiari fieri Deo, atque in ipso dulciter conquiscere, oportet, ut nimiam vivacitatem oculorum tuorum sancta Mortificatione restringas, quandoquidem saepe expertus es, neque sine iactura, illos deprædari animam tuam, & efficere, ut a rebus terrena & caducis diripiatur, cum potius ex officio totam sese rerum cœlestium contemplationi & inuestigationi tradere debet. Dolebis igitur ob hanc tuam incuriam, haec tenuis a te commissam, plangesque cum Hieremia: *Oculus meus deprædatus est nimiam meam.*

CON-

*Consideratio octava, circa Mortificationem.  
gustus & lingue.*

S I tanta fuit ingluvies, quæ commouit  
Esau, ut renderet primogenita sua ob-  
lenticulæ escam, cogit tuam fuisse tā-  
to maiorem, quanto minori occasione,  
quam Esau, qui tūc faimē enēcabatur, ven-  
didisti multo maiora bona, æterna scili-  
set, ut satisfaceres insatiabili tuo gustui,  
tullo ciborum modo obseruato, siue mul-  
titudinem, siue qualitatem & conditionē  
spectes. Dolēs igitur de tam graui errore,  
paulatim hunc tuum sensum, fræno seue-  
ra Mortificationis coērcēbis, atque ad il-  
lam parsimoniam normam reduces, quam  
Cassianus sapienter præscripsit, cum mo- *Cass. lib.*  
nes Vt tantūmodo, quæ fragilias, non quæ vo- *5 Instit.*  
luptas exigit, usurpentur. *cap. 7.*

Considera secundò, insigne illud fa-  
stum Regis Davidis, qui cum quadam *2. Reg. 23*  
vice in castris, vehementi siti torquere-  
tur, desideraretque haustum aquæ ex ci-  
sterna propè portam Bethleemiticā, alla-  
tam à militibus, aquam gustare renuens,  
tam vñā cum voluptate, quam inde bibē-  
do percipere potuisset, Domino obtu-  
lis additis verbis: *Propitius fit nibi*  
*Dominum, ne faciam hoc.* Si tantus Rex, qua-  
lis fuit Dauid, voluit à potu abstinere,

C 7

&amp; ne-

62 DE MORTIFICAT.

& negare gustui suo, amore Dei, delectationem rei tam licet, quam erat potius aquæ, siti tam vehementer & afflante, quanto studio par est, Religiosum, gular mortificandi causa, abstinere à rebus minus necessarijs & permissis, dum à gulz illecebris irritatur. Quantò magis conatur, vt has immoderatas cupiditates Dominu offerat, dicatque: *Propitius sumus Dominus, ne faciam hoc.*

Considera tertio, brutis æquè a hominibus communem esse linguam, prudenter vero ac bene ea uti, soli homini esse concessum, neque cuiuis, sed sapienti tantum & probo: *Bonus enim homo, ait Christus, de bono thesauro cordis sui proferi bonum.* Et qualis quisque est animo, talem se linguam prodit; quod & Socrates Philosophus affirmabat cum Iuueni cuidam, quem nosse volebat, diceret: *Adolescens loquere, ut te videam.* Solet enim plerumque quilibet verbis prodere, quod in conclusum gerit, siue id bonum, siue malum sit. Necessarium igitur est, vt qui solidè & bene linguam suam in locutione gubernate cupit, passiones & affectus componat.

Considera tertio, Te qui linguam in eius laudem, qui tibi eam dedit, & in emolumenium animæ tuæ, proximorumque

180

AT.  
delecta-  
erat portio  
estuance,  
m, gulos  
rebus ma-  
m à gulz  
is conue-  
tates Do-  
m su mī  
què acho-  
; prude-  
mini esse  
enti tan-  
ait Chiu-  
ri bonum  
em se lin-  
Philoso-  
dam, què  
ns loque-  
erumque  
no coa-  
malum  
olidè &  
e gubern-  
compo-  
in cuius  
cmola-  
rumque  
me.

**DE MORTIFICAT.** 63

wum, ut par erat, vti debueras, eadem  
ut veneno telo Druum s̄epissimē of-  
fidiſſe, animam tuā fauciasſe, proximo-  
te tuo insigne dānum tot detractioni-  
bus, blasphemis ac periurijs attulisse.

*consideratio nona, circa mortificationem  
auditum.*

Considera primò; Qui iuxta sapien-  
tia consilium ita debueras *sepire spinis*  
*aures tuas*, sicuti sepiuntur vineæ,  
ne feræ, vel latrones dānum eis infe-  
tant; tu contrà, ingenti animæ tuæ da-  
mo, murmurationibus, lasciuis, consilijs,  
peruersis, & quidem innumeris, eas  
appetuisti; imò illos, quod peius est, qui  
de his verba facerent, non raro prouo-  
casti; studi oscque loca huiusmodi au-  
diendis opportuna quæsiuisti, tanta ala-  
critate & auditate, at si ab hoc errore, cer-  
to quodam modo, salus felicitasque tua  
penderet. Ergo ob tantam impudentiam  
tuam erubesc, simulque statue, te in po-  
stum, in solitam huius tui sensus repre-  
sum, & mortificatum, auresque tuas  
consideratione atrocium illarum spinarū,  
que caput Domini Dei cinixerunt, circum-  
spiturum.

Considera secundò; Quemadmodum  
ob exiguum aliquod foramen, aliquando  
magno:

## 64 DE MORTIFICAT.

magna nauis perditur , nisi tempestus  
nauta sollicitus , illud obtutet , & aquas  
exhauriat : sic etiam ob leue quandoque  
verbum incaute auditum ; solet hollis  
noster , sèpè ingentem nobis machinam  
cladem ; nisi quām diligentissimè atri  
occludantur , vel nisi quis , si in admittendis  
ad aures huiusmodi dicitur fuerit resili-  
sior , maiori postmodum sollicitudine ad  
missas has pestes ex imaginatione ac me-  
moria sua exterminet . Quæ quidem da-  
mna si probè intelligas ; exclamabis cum  
Propheta Dauid : *Saluum me fac Deus , quia*  
*niam intrauerunt aquæ usque ad animam meam ,*  
*infelix sum in limo profundi , & non est sub-*  
*stantia .*

Considera tertio ; sicut ciuitas non be-  
nè gubernatur , quæ sub portis , etiam  
pacis tempore , suas non habet excubias ,  
quæque instantे iam bello , non solum ha-  
non auget ; sed nec maiora tormenta ho-  
stium profligandorum gratia adhibet ; pa-  
ri modo licet anima tua summa huius vi-  
tæ tranquillitate gauderet , semper ta-  
men portam auditus tui deberes habere  
munitam custodia aliqua , ne quisquam  
contra legem & præcepta Domini Dei  
tui per eam ingredi posset in animam  
tuam . Tempore autem obsidionis , quan-  
do videlicet iam ab inimicorum tuo iu-

exer-

AT.  
tempetiv  
, & aquas  
quandoque  
oleo hofis  
machinam  
simè autem  
admitto  
acrit reali  
itudine ad  
one ac mo  
uidem di  
nabis cum  
Deus, qu  
mā meam  
non est sub  
as non be  
s, etiam  
excubias  
solum has  
nenta ho  
habet pa  
a huius v  
emper ta  
es habere  
quisquam  
mini Del  
animam  
is, quan  
tuorum  
exer

DE MORTIFICAT. 65

teritu inuaditur, & vndique obside-  
at. Deus bone, qualis tunc custodia erit  
cessaria, præcipue verò ad portam au-  
dius, cæteris infirmiorem, quot item  
propugnacula sanctorum præparationum  
& cautionum opponi deberent, nec  
illa pars quietis capienda esset, donec  
edito in loco constitutum esset, tormentum  
illud timoris Dei, quod tantum ede-  
bat fragorem in auribus S. Hieronymi,  
videtur diceret: Semper sonat in auribus mens illa  
terribilis vox, surgite mortui, & venite ad iu-  
dicium.

Confederatio decima, circa mortificationem  
sensus tactus.

Considera primò, cum sensus tactus  
nulli certæ corporis parti sit astricatus,  
vt alij sensus, sed sparsus & diffu-  
sus per totum corpus, accidit, vt quo-  
latius diffunditur, eo maius hominibus  
incautis & improvidis periculum & de-  
trimentum afficerat. Cumque similis sis  
ciuitati, portis & muris destituta, quæ  
hostium incursibus vndique patet; curan-  
dum tibi est, vt ab omni parte tui ipsius  
cultos sis sollicitus, reijsiendo quam citif-  
simè omnem occasionem, quæ te ad la-  
plum inducere posset.

Considera secundò, sicut ardentes  
prunæ

66 DE MORTIFICAT.

prunæ tangi non possunt , quin vnt,  
nec extinguae etiam , quin aliquantulum  
fakem etiam inficiant : ita quoque exto-  
stu rerum viuarum aut morbidarum  
in te , quām in alijs personis , resunt  
quoddam incentium , aut nescio qua  
tivillatio affectus sensualis : vnde con-  
piscientiæ nostræ stupa inflammatur ,  
minimum puritas mientis nostræ conta-  
minatur , quod sapiens quodam in lo-  
co alijs verbis insinuare videtur , cū

**Pro. 6.** inquit ; Numquid potest homo abscondere  
ignem in sinu suo , vt vestimenta eius no-  
**Eccle. 13.** ardeant ? Et alibi : Qui tetigerit pīcem , in-

quinabitur ab ea . Atque hac de causa san-  
cti homines pro antidoto contra priuum  
incommōdum adhibere solebant compo-  
stum rerum asperatum , & contadui  
valde aduersantium , vt sunt cilicia , ce-  
tenæ ferreæ : Cauendi verò alterius incom-  
modi causa , abstinebant prudenter & co-  
tastu rerum , quantum poterant : Exem-  
plo erunt nobis SS. Benedictus & Fran-  
ciscus : quorum alter nudum se in spi-  
nas , alter in niuem abiecit . corpusque in

**S. Pachō.** illis & in hac circumvolvutavit , D. vero  
**Reg. 53.** Pachomius in regula sua sanxit ; Vt nu-  
num alterius nemo teneat , & siue ambulo-  
uerit quis , siue sederit , aut stetit , vobis  
saltēm cubito distet ab altero . Cūm itaq; tu-

101

AT. DE MORTIFICAT. 67

in minus his remedij egeas, quam san-  
itate praestantes viri, qui ea usurparunt,  
o que exi-  
biderum  
, relata  
nescio qua-  
nde concor-  
matut, in  
tre conta-  
dam in lo-  
ur , cum  
abscondet  
ea eim un-  
picem, in  
e causa lat-  
ra primum  
ant conta-  
contradictio-  
nilia , ca-  
ius incon-  
tenter à col-  
ant: Exem-  
s & Fran-  
se in spi-  
pusque in  
, D. vero  
t ; Vi na-  
ue ambula-  
erit , vob-  
a itaq; tu,  
AAB

S. Bon-  
ueni. in  
speculo.  
discipl.  
cap 4.

Considera tertio; primam mortifica-  
tionem factam in hoc mundo, fuisse ta-  
bus, quādō scilicet Adam post peccatum  
viditatem suam non alijs voluit tegere  
solis, quam sicut laevis, vt eorum asperita-  
te, quasi naturali quodam cilicio, hunc  
sensum tactus in se ipso mortificaret. Tu  
ergo cū eiusdem sis peccati particeps in  
Adamo; imitaberis illum etiam in pœ-  
nitentia maiori asperitate sensum tactus  
in te ipso mortificans, quanto peccata tua  
numero saltem fuerunt plura & grauiora,  
quam quæ ipse commisit Adam in Para-  
diso terrestri.

Consideratio undecima, circa Mortificatio-  
nem Odoratus.

Considera usum odorum, si in cultum  
ex honorem Dei tendat, vt rem san-  
ctissimam in legē diuina comen-  
dati.

68 DE MORTIFICAT.  
dati, concedi etiam ac permitti, in reme-  
dium alicuius nostri infirmitatis. Si au-  
tem ad solum olfactus sensum, siue ob-  
focum siue alienum, pascendum & col-  
stantum usurpetur; ordinari non sit  
sine culpa aliqua, cum nullus virtus  
actus sit, neque etiam finem alicuius vi-  
tutis respiciat, quae culpa sine dubio tam  
erit grauior, quanto finis huius est vici-  
perniciose.

Considera secundò: Quemadmodum  
canis inuestigando feram, ductus odore  
vestigiorum eius, hoc illucque curiendo  
non quiescit, donec feram apprehendat  
& teneat vnguis: Sic & tu tractus o-  
dore creaturarum, qua veluti certa Do-  
mini tui sunt vestigia, sepe ad ipsius co-  
gnitionem & amorem ita eleuare debe-  
res, ut viræ, diuinæque ipsius perfectionis  
fragrantia motus, nunquam quietem ce-  
peres, præ desiderio illius in cœlo perfun-  
di. Considerans verò, quam frequenter  
sensus huius tui insatiabilem imperium  
secutus, instar corui ad fœtorem cada-  
uerum huius mundi aduolaris, qui ad  
verum Noë, à quo vitam & omne bonum  
acepisti, velut altera columba; redire do-  
bueras, dolorem in te competentem exci-  
tabis.

Considera tertio; Similatque Isaac  
patrias,

DE MORTIFICAT. 69

triarcha vestimentorum filij sui Iacob  
agiantiam sensit, benedicens illi dixit:  
Ite odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui  
medixi Dominus; det tibi Deus de rore celi,  
de pinguedine terra abundantiam frumenti,  
vini & olei; seruant tibi populi, & adorent te  
tribus, & incuruentur ante te filii matris tuæ;  
in planètu quoque ex odore vestimento-  
rum huius mundi, ut arborum, plantarum,  
florumq; pulcherrimorum, quibus ornant  
ur campi, & colles amoenissime vestiun-  
ti, deberes sæpè sumere occasionem lau-  
tandi ac benedicendi Dominum dicens  
cum Patriarcha Isaac: Seruant tibi populi,  
& adorent te tribus, & incuruentur ante te,  
filii matris tuæ, & qui benedixit te, benedi-  
cioibus repleatur. Seruant, inquam, tibi  
amabilissime Domine, omnes Angeloru-  
m in cœlis, quod & perfectissima fa-  
ctum voluntate: & adoret te in terra omnis  
genus & tribus, & populus qui sub cœlo est,  
picalis tamè sanctissimæ Matris tuæ Ma-  
rie deuoti filij, incuruentur ante conspe-  
citu diuinæ Maiestatis tuæ, maximo amo-  
nis aff. Etū te laudent ac benedicant, dum  
pendūt donorum magnitudinem, qui  
bus dulcissimam tuam & nostram matrem  
cumulasti. Atque hinc fieri, vt quemadmo-  
dum suauissima spirante aura horti floti-  
ficiorum suorum fragrantiam latè &  
fusc

Gen. 27.

70 DE MORTIFICAT.

fusè spargunt: sic resonantibus vndique  
Mariæ dulcissimis laudibus, ipsa velut &  
mœnissimus hortus benedictionis & se-  
uoris sui in nos diffundat odorem; sic ge-  
ficietur in nobis id, quod Patriarcha ille  
alio fine dixit. *Qui benedixerit te, benedic-  
tibus repleatur.*

CAPVT VII.

*Quomodo ad praxin reducenda sit Mortifica-  
tio, ut victoriam de potentijs ac pa-  
sionibus nostris refera-  
mus.*

**S**i perpetua militia est vita hominis sa-  
per terram, ut Iob affirmat, ipsum co-  
tè viuere nostrum nil aliud erit, quia  
militare perpetuò. Quod & seneca Philo-  
sophus ad Lucilium scribens intellexit. *V-  
nere mi Lucili, inquit, militare est. Neque  
lius finis in hac generali militia nobis pro-  
positus est, quam ut defendamus ciuitatem  
animæ nostræ ab insulibus & insidijs tri-  
illorum capitalium inimicorum, qui alibi  
duè nos impugnant, mundi videlicet, cat-  
nis & diaboli, efficiamusque ut legitimi  
Dominis, Deo & Rationi, secum constet iu-  
sensus nostros, potentiasque imperium  
pacifice & absoluere, compresso omni tu-  
multu qui forsitan ab illis cieri possit, intet  
arma autem, quo iū aliquis ysus est in hac*

com-